

812 marzo, Pistoia

Adalard abate, vasso dell'imperatore Carolus, sedendo in giudizio con inviati anche di Leo papa, sentenza che Ildepertus, abate del monastero di San Bartolomeo, costruito presso le mura di Pistoia dal defunto medico Gaidoaldus, non è tenuto al servizio di guerra, come neppure alle parate verso i messi regi e alle contribuzioni verso il palazzo.

Copia dell'XI secolo.

Archivio di Stato di Firenze, Diplomatico, monastero di S. Bartolomeo di Pistoia [B] *.

Edizione: Manaresi, n. 25

Exemplar. Dum in Dei nomine ego Adalardus¹ abbas, vassus domni Caroli [impe]ratoris, residissem in civitate Pistoria singulorum hominum causas audiendum vel deliberandum, sedentes ibi insimul Vuilleradus² episcopus, Bonifatius dux, Poto et Leo iudices et Bonifredus notarius domni regis, Adaprant^a et Christianus abatibus, Fredo, Mauro et Petrus dux missi domni Leoni pape, Ermenfridus et Audo scabinis de Camarino vel reliqui plures ibi adstantibus, veniens ibi Ildepertus abbas ex monasterio sancti Bartholomei fundato a quodam Gaidualdo³ medico prope muro ipsius civitatis Pistoriensi et detulit nobis ad relegendum monimen^b et missum ab ipso quodam Gaidualdo medico, qui continebatur, qualiter manifestaverat, ipso monasterio in suo proprio edificasset et res nominative ibi contulisset et statuit eam, ut sub nullius hominum potestatem vel ordinationem, nec matris Ecclesie ipsum monasterium subiaceret, nisi semper de ipsa congregatione ibi inter se abatem elegerent, nam non de extranei neque de alia^c monesteria^d, et filio aut heredes eius nullam ibi a se dominatione nec potestatem, nisi, si oportet esse, causas defensandum. Et dum relectus fuisset munimen ipsum, affatus est ipse abbas quod: "Tempore domni Pipini regis, dum adhuc Rotchildo viveret, persuasionem malorum hominum ab eodem Rotchildo de ipso monasterio eiectus fuisset et in exilio missus sine ulla culpa et absque iudicio et ipso monasterio tunc datum fuisset in beneficio Nebulungni Baiuario; et dum per monachis ipsius monasterii reclamatio exinde facta fuisset ad Paulinum patriarcham, Arnone archiepiscopo, Fardulfo abbati et Eccherigus comes palatii vel reliqui socii eorum, qui tunc hic in Italia missi fuerunt, .xii. insimul, sic ipssi causa inquisierant et istum munimen in suis relegi fecerunt presentia, et illas cognoscentes quod iniuste michi ipsum monasterium ablatum fuisset et non ibi aliunde debere fieri ordinatione nisi de ipsa congregatione sicut ipse Gaidualdo medico statuere, tunc fecerunt me de ipso exilio revocare^e et prefato Nebulungo de eodem monasterio foris eiecerunt et me inibi, sicut in antea, intromiserunt; postea per illa mala consuetudine, quod per eodem Nebulungo facta est, ab illo die faciunt me ire in hoste et omnes paratas et coniectas facerent ad missos ac datione ad palatio, quod cum lege facere non debeo, quia quondam Gaidualdo, qui in ipso monasterio construxit, heredes reliquit qui hostem faciunt". Hec nos audientes et cognoscentes quomodo ipse abbas iniuste de ipso monasterio fuerat eiectus et per iudicium de superscripti missi inibi fuerat revocatum, paruit nobis ut, iusta statuta ipsius quondam Gaidualdi medico, dum ipse heredes reliquit qui hostem facerent, ut abbas ipsius monasterii hostem facerent non debere, nec nullam paratam ad missos dominico, nec coniecto, nec aliqua dationem per condicione ad palatio. Ideoque ego cui super Adalardus missus domni imperatoris comendavi ex ipsius domini nostri auctoritate et de sua iussione, ut ad modo liceat ipso abbate vel posteris eius ad ipsum monasterium cum ipsa congregatione servorum Dei ibidem gentibus Domino famulari et pro salutem dominis nostris Domini misericordiam

exorare et ab hoste et parata seo coniecta aut dationes per conductionem a palatio solutos manerent, anteposito si aliter fuerit iussio regalis. Unde quale actum est pro securitatem ipssius Ildiperti abbati et ad eius successores fieri iussimus. Quidem et ego Paulus notarius ex dictato Bonifridi scripssi.

Anno regi domni Caroli in Italia tricesimo octavo, mense martio, indictio quinta. Ego Adalardus^f. Singnum + manus superscripto Bonifatius dux qui supra^g interfui. Ego Vuillarado episcopo in is actis interfui. + Leo vasso domini regi concordans subscripsi. + Ego Poto causindo regi in is actis interfui. + Bonifridus notarius in is actis interfuit.

(SN) Quidem ego Petrus notarius auctenticum illud vidi et legi et hoc exemplar exemplavi et manu mea scripsi.

* La trascrizione è stata condotta sulla riproduzione fotografica di B disponibile online sul sito web dell'Archivio di Stato di Firenze [\[qui\]](#).

¹ Abate di Corbie, Krause 1890, p. 263, n. 58, Kasten 1986, Depreux 1997, pp. 76–79 e Bougard 2008, pp. 51-68.

² Rauty 2001, pp. 41-42.

^a In Manaresi “Adiprant”.

³ Documentato anche in CDL, I, n. 38 (726 settembre 20) e CDL, II, n. 203 (767 febbraio 5). Si veda anche Santoni 2002, p. 127; Wickham 2004, pp. 214 e 215; Gasparri 2012, pp. 62, 63, 67, 137 e Castagnetti 2012, pp. 20-22.

^b CDL, II, n. 203 (767 febbraio 5).

^c In B “alialia”.

^d In Manaresi “monnesteria”.

^e Si desidera.

^f Manaresi aggiunge “subscripsi” segnalando in nota che manca in B.

^g “Supra” assente in Manaresi.